



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 44. Tarvisani Cæsari obluctantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

§. XLIV.

Sæcul. XVI.
A. C. 1509.*Tarvisani Cæsari obliuantes.**Guicc. l. cit.*

Soli inter ceteros Tarvisani sese Imperatori opponere, nec se dedere volebant Dreßinæ Vicentino, quem Cæsar sine milite eo ablegauerat, spe fretus, sola Oratoris sui præsentia Tarvisanos in fidem suam redituros, cum vero cives Venetorum fortunam sequi mallent, mox Casolajo duce sexcenti pedites vociferantes: *Vivat Sanctus Marcus!* urbem ingrediebantur, indeque Dreßinam propulsabant. Ex hoc temporis articulo Respublica quamdam sui imperii partem recuperandi spem concepit, ac continentis urbes præcipiti nimis consilio traditas doluit. Novos quoque animos resumebat ex Maximiliani cunctatione, ac summi Pontificis clementia, eo enim suorum precibus devicto sese colligendi spacium nanciscebatur: Interea vero Cæsar Oeniponti hærebat, quamvis quadragesimo die necdum evoluta, qui terminus erat ipsi in Cameracensi Conventu præfixus, se copias suas in aciem educturum solemniter promisisset, atque ad belli sumptus plusquam necessarias accepisset pecunias; tandem non nisi summis Papæ precibus permotus, Tridentum petiit, ubi adhucdum morabatur,

Sæcul. XVI. tur, dum Veneti continentis ditionibus
A.C. 1509. excefferant.

§. XLV.

*Imperator a Cardinale de Ambasia ad
 colloquium cum Ludovico XII.
 invitatus.*

Maximilianum Tridenti, ubi tum age-
 bat, Cardinalis de Ambasia nomine
 Ludovici XII. adiit, ut eum ad congres-
 sum invitaret. Nominabatur colloqui-
 locus, urbs Garda, in finibus Tridentinæ
 vallis, ac Mediolanensis tractus sita. E-
 nimvero Galliarum Rex bello adversus
 Venetos feliciter confecto, Mediolanum
 contendit: Cæsar vero datæ fidei haud
 stetit, Forojuliensem obsidionem caussa-
 tus, ubi præsentia sua oppido necessaria
 foret, diutius tamen Tridenti substitit (*)
 in eademque urbe Ludovico Regi di-
 ploma de Mediolanensi Ducatu concessit,
 hujusque inaugurationis literas, perinde
 acsi ex Cameracensis foederis pacto ad
 id obstrictus esset, die decima quarta Ju-
 ni

(*) Cum Garda Tridentinæ & Mediolanensi
 urbibus interjaceat, haud perspicimus, qua
 ratione Continuator Maximilianum de viola-
 ta fide accuset, eoquod Tridenti moratus fue-
 rit, cum & ipse Galliarum Rex Mediolani sub-
 stiterit, & nequaquam Gardam venerit.